

le vostre opposizioni, perchè questo sempre fermò suffisse contro di voi. Questo è uscito da quel Giudice, a cui avete voi medesimi portata la causa; innanzi a Lui vi siete avanzati, per dar la taccia d'ingiusti, e d'ignoranti a quei Prelati, che avevano già nella Cina contro di voi giudicato; a quello pure avete presentata l'appellazione contro quegli stessi, da cui rimaneste già condannati; appresso di quello avete fatte voi delle istanze fino al fastidio, e siete sempre partiti or convinti, or confusi; e con tutto questo non vi pentite giammai dell'usato vostro furore, e dell'ordinaria vostra ardezza. Non sono già io, ne men questa volta quello, che parla, egli è il grand' Agostino, che vi corregge con quella medesima sentenza, con cui sgridò i Donatisti.

Judicium Constantini (ora diciamo CLEMENTIS XI.) contra vos vivit; quo vestri causam miserunt, apud quem Judices Episcopus reprehenderunt, ad quem a Judicibus Episcopis appellaverunt, quem tardiosissime interpellaverunt, a quo toties convicti, & confusi redierunt, & a pernicie furoris, & animositatis suae non recesserunt. *Epist. 166.*

desidera, che si pubblici: ci basta, che l'abbiamo ottenuto. Ne ciò può negarsi, giacchè lo concede il Gesuita Brancati nella sua risposta Apologética: Etto Paternitates vestrae non viderint illud decretum; non erat necessarium, ut illud victores vestris Paternitatibus ostenderemus: del che n'assegna questa sciocca ragione: Cum certum esset, Patres Dominicanos lato pro nostra sententia Decreto minime assensuros fuisse; Stantius fuit, ad contentiones evitandas, illis Decreto non propriis manibus offerre, sed relinquere, ut alia via illius Decreti notitia perveniret. Ma la vera ragione si era, perchè nella Cina si toccava con mano la falsità dell'esposizione su cui fu dato.

hujusmodi ineptiae, & nugamenta. Stabit itaque firmum & immobile Apostolicæ Sedis Judicium, & contra vos stabit Reverendi Patres; ideoque ab ulterioribus oppositionibus cessandum vobis est. Judex ille judicavit, ad quem vos ipsi causam detulistis; ad ipsum accessistis, ut injustitiae & infeitiae accusaretis Praesules illos, qui apud Sinfententiam contra vos pronuntiarent; ipsum appellastis, ipsi appellationem presentastis, apud ipsum importune usque ad nauseam infestistis: & semper confusi, & convicti rediistis. Et nondum vos penitet audaciae vestrae, & insani vestri furoris? Auscultate, quæso, magnum Doctorem Augustinum, qui eadem fatagii corrigere vos sententiam, qua olim objurgavit Donatistas,

potest, cum a Jesuita Brancatio affirmetur in Responsione sua Apologética: Esto Paternitates vestrae non viderint illud Decretum, non erat necessarium, ut illud victores vestris Paternitatibus ostenderemus: Cur non ostenderint, audiamus insulsiſſimam rationem. Cum certum esset, PP. Dominicanos lato pro nostra sententia Decreto minime assensuros fuisse; fatius fuit, ad contentiones evitandas, illis Decretum non propriis manibus offerre, sed relinquere, ut alia via illius Decreti notitia perveniret. At vera potissima ratio, cur non ostenderont, erat, quia apud Sinas quisque cognovisset, falsa exposita fuisse Alexandro VII. & Decretum per subreptionem elicitum.

DECRETUM SANCTISSIMI D. N. CLEMENTIS PAPÆ XI.

Fer. 5. die 20. Novembris 1704.

IN Congregatione Generali Sanctæ Romanæ, & universalis Inquisitionis, habita in Palatio Apostolico Quirinali, coram Sanctiss. D. N. D. CLEMENTE divina providentia PAPA XI., ac Eminentissimis, & Reverendissimis DD. S. R. E. Cardinalibus, in tota Republica Christiana, contra hæreticam pravitatem, Generalibus Inquisitoribus, a Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.

Sanctitas Sua, postquam in pluribus Congregationibus coram se habitis, ab ipso Pontificatus sui primordio, super premisis Questis, seu Dubiis Theologorum, ac Qualificatorum, ad id a sanctæ memoriæ Innocentio XII. deputatorum, sententias exceperat; postquam iidem pluries de iis egerat cum DD. Episcopis Beritensi, & Rosaliensi, Vicariis Apostolicis in Regno Sinarum, Rome nunc commorantibus: ac postquam demum quicquid in ejusmodi controversis Patres Franciscus Noel, & Gaspar Castner, Societatis Jesu Procuratores, & Missionarii Apostolici ejusdem Regni deducere potuerunt, seu voluerunt, audierat: Responsa supradicta, que in aliis precedentibus Congregationibus similiter coram Sanctitate Sua habitis diu multumque discussa, ac mature examinata fuerant, confirmavit, & approbavit; illaque Domino Carolo Thoma de Tournon Patriarchæ Antiocheno Commissario, & Visitori Apostolico, in prefato Sinarum, & aliis Indiarum Orientalium Regnis transmitti mandavit, una cum congrua, & opportuna instructione de super faciendâ, ad hoc ut tam ipse, quam reliqui Archiepiscopi, Episcopi, seu alii, qui in illis partibus Visitoris, Delegati, seu Vicarii Apostolici munus exercent, vel in posterum exercebunt, Responsa hujusmodi ab omnibus, & singulis nunc, & pro tempore ibidem existentibus Missionariis cujuscunque Ordinis, Religionis, & Instituti, etiam Societatis Jesu, necnon ab universis Christi fidelibus earundem partium, sub penis canonicis, ea qua decet, obedientia observari curent, & faciant suspensa tamen interest, justis & rationabilibus ex causis, animum Sanctitatis Suae moventibus, eorundem Responsorum publicatione, seu quavis divulgatione tam in Urbe, quam in aliis Europæ partibus. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque.

Josephus Bartolus Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis Notarius.

Loco * Sigilli.

DECRETUM EMINENTISS. CARD. TOURNONNI, SEU

Publicatio Judicii Pontificii, in Sinarum Imperio facta.

CAROLUS THOMAS MAILLARD DE TOURNON, Dei & Apostolicæ Sedis gratia Patriarcha Antiochenus, SS. D. N. CLEMENTIS Divina Providentiæ PAPÆ XI. Prælati domesticus, ejusque Pontificio solo Assistent, necnon S. R. Universalis Inquisitionis Consultor, ac in Indiis Orientalibus, & Sinarum Imperio, finitimisque Regnis & Insulis Commissarius Apostolicus, & Visitator Generalis, cum facultate Legati de latere &c.

Reverendissimis Dominis & Fratribus Episcopis, locorum Ordinariis & Vicariis Apostolicis, Reverendissimis Provicariis, nec non Missionariis Apostolicis in his Regni Sinarum, salutem in Domino sempiternam.

Quandoquidem audivimus Evangelicos operarios accerseri, (a) de aliis quibus ad sanctam Religionem nostram spectantibus interrogandos; ut selectum dominici verbi fœmina noxiis superstitionum oleribus publica confessione separare valeamus, utque simus unanimes veritatis testes & assertores; atque sine scandalo errantium in invio, uno ore & corde Deum glorificemus, qui non est diffensionis Deus. Inherentes menti Sanctæ Sedis Apostolicæ, & decisioni (de qua nobis constat) ab eadem suprema Sede, atque a SS. D. N. Clemente divina Providentiæ Papa XI. nuper emanatæ, post emensa tot annorum studia & labores, in examine controversiarum hanc Missionem diu exagitantium, regulam & legem certam, ab omnibus in posterum observandam, pro muneris nostri debito proponere, declarare, & statuere decrevimus, prout in subsequentibus responsis ad quæsitæ, quæ fertur esse faciendæ, cum ea majori qua fungimur potestate, etiam Legati de latere proponimus, statuimus, & decernimus, & ab omnibus Missionariis tam Sæcularibus, quam Regularibus, cuiuscumque Ordinis, etiam Societatis Jesu, in hac Missionem observari mandamus.

Si interrogentur de doctrina, legibus, ritibus, seu consuetudinibus Siniis in genere, an illis consentiant, an promittant illos aut illas non impugnare nec contra scribere aut prædicare? Respondere tenebuntur, quoad ea, quæ sunt conformia Christianæ Legi, & cum ea licite & rite componi possunt, affirmative; quoad alia, negative.

Si deinde interrogentur; quænam sint in Divina Legge, quæ Sinarum doctrinæ non sunt conformia? Respondent, plura. (b) Et ad exemplificandum inducunt, dicere poterunt pro libitu ea, quæ sibi occurrunt de fortibus, de sacrificiis, seu CI, quæ sunt Cælo, Terræ, Soli, Lunæ, Planetis, Spiritibus, artium inventoribus, & aliis. Cum soli Deo rerum omnium conditori liceat Christianis sacrificare, & ab eo prospera quæque & adversa fortiantur.

Si descendant interrogationes ad CI, seu sacrificia Confusii & Progenitorum, (c) negative respondent; non possunt illa facere, aut permittere Divinæ Legis cultoribus.

Item negative, quoad usum Tabellarum defunctorum Progenitorum, (d) iuxta morem Sinarum.

Item negative, si interrogentur, an XAM TI,

NOTÆ AD SUPERIORIS DECRETI INTELLIGENTIAM.

(a) Ea citatio peculiari Imperatoris editio facta est, & a Jesuitis Pekinensibus, per encyclicam epistolam ad ceteros Missionarios scriptam, denunciata, die 28. Decembris 1706.

(b) Hæc enim Jesuitis visum erat, nihil in Sinesium Philosophia contineri, quod cum Christiana Religione componi non possit. Hic jam oppositam declaratur.

(c) Confusium Sinarum Philosophum, ac Progenitores defunctos, non veris sacrificiis, sed ritibus vere civilibus a Sinesibus solum contulerant Jesuitæ, atque ita cultum illum ipsam ad fidem convertis licitum fecerant. Contrarium hic statim videtur; sacrificia autem illa esse, ac prorsus illicita.

(d) Defunctorum progenitorum tabellas, ad solam memoriam, atque ad pietatem in Nepotibus excitandam, a Sinesibus servari propinquerant Jesuitæ, atque adeo ritum illum, non tam superstitionis, quam filialis pietatis esse contulerant. Et hic tamen ritus modo prohibetur, ob id certe quod multa superstitionis contineat. Nam præter alia, Tabellas illas animarum sedes esse putant, easque illis assistere, ad Nepotum oblationes & sacrificia recipiendæ.

TI, vel TIEN sint Christianorum verus Deus. (e)

Si interrogentur, quare de prædictis ita sentiant? Respondent: quia non componuntur cum cultu veri Dei: & ita a suprema Sede est decusum, quæ est regula infallibilis Christianorum in rebus fidei.

Si circa tempus decisionis? Omnibus sit notum, illam emanasse die 20. Novembris 1704.

Si demum dicatur, quomodo vobis de hoc constat? Respondent: nobis constat declaratione de hoc facta a Patriarcha Antiocheno Superiore nostro, qui oracula Summi Pontificis in se habet, vigore suarum facultatum, & tenemur ei credere.

Et ita ex commissa Nobis, licet immeritis, auctoritate Apostolica, etiam cum facultate Legati de latere, omnibus & singulis Episcopis, Vicariis Apostolicis, locorum Ordinariis, Missionariis, & Presbyteris tam Sæcularibus, quam Regularibus, etiam Societatis Jesu, in hac Sinica Missionem existentibus, & in futurum exiturus præcipimus, & observari mandamus, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, Sanctæ Sedi Apostolicæ ita reservatæ, & nobis, ut ne quidem sub prætextu jussumque privilegii a Summis Pontificibus concessi, etiam Patribus Societatis Jesu, ab excommunicatione possit quis unquam absolvi, præterquam in mortis articulo: ad quem solum effectum, & aliis casibus, & quatenus opus sit, quodcumque privilegium hujusmodi, vigore

specialis facultatis, qua ad id fungimur, suspendimus & revocamus: sublata etiam facultate eludendi, seu aliter interpretandi hoc nostrum Mandatum sub prætextu Decreti (f) Alexandri sanctæ memoriæ PAPÆ VII. editi anno 1656. vel alicujus magni periculi. Etenim ex speciali Indulto, Apostolicarum Constitutionum interpretatio & declaratio Nobis est commissa &c. (g) Ac propterea declaramus, non obstante dicto Decreto, aut quocumque gravi periculo, ita ab omnibus in hac Missionem permanere, vel ingredi volentibus, esse tenendum, docendum, & respondendum: cum maximum Religionis & Missionis bonum proprie consistat in decore & honore Divinæ Sponsæ, quam Christus acquisivit sanguine suo, & inconfutibili veste contextit.

Datum Nankini die 25. Januarii anno 1707. Pontificatus autem SS. D. N. Clementis divina providentiæ PAPÆ XI. anno septimo.

CAROLUS THOMAS Patriarcha Antiochenus Visitator Apostolicus.

Publicata Nankini die 7. Februarii 1707.

Andreas Candela S. Visitatoris Apostolicæ Cancell. & Missionarius Apostolicus.

(e) Sineses Cælum materiale, seu vim ipsam activam cæli colunt, uti primum rerum omnium principium, quod plerumque Siniis illis vocabulis exprimitur, XAM TI, vel TIEN: Jesuitæ autem verum Deum, qui a Obvianis colitur, ipsam ipsi nominibus nuncupabant, cælumque colendum dicebant; ita tamen ut Cæli nomine rerum omnium conditorem per figuram intelligerent. Atque illud est quod præfati Decreto prohibetur; ne forte Sineses eundem a nobis coli Deum existiment, qui ab ipsis impio colitur.

(f) Hoc ipsum Decretum est, a Jesuita Martino quondam exortum, factum perperam exposito, & dissimulatis Sinesium ritibus, quibus Confusium & Progenitores colunt: eoque ad hanc usque diem abusi sunt Jesuitæ, ad Innocentii X. Decretum, quo ritus illi anno 1645. præscripti fuerant, eludendum; & ad Episcopi Cononensis, Vicarii Apostolici Fokienensis judicium deprimendum. Quare præfati editio cavetur, ne quid simili contingat in posterum.

(g) Cum Decreta duo in speciebus pugnantia circumferrentur; alterum quidem Innocentii Decimi quo Sinesium ritus, quales a Joanne Baptista de Morales Dominicano expositi fuerant, damnabantur; alterum Alexandri VII. quo videtur ritus, quales a Martino Jesuita multo saeco obducti fuerant, magna ex parte permittentur; nec nisi difficulter sciri Roma posset, uter Oratorum rem ipsam, uti veritas habet, Apostolica Sedi exposuisset: idcirco ejusdem Legato potestas facta est, ut facto rei experimento, ei maxime Decreto standum ediceret, quod integra Oratoris fide nisi deprehenderet. Quapropter comperta jam tandem facta a Martino expositionis falsitate, declarat, nihil Alexandri Decretum Sinesium ritibus suffragari, ut contra præfens Mandatum defendi possint.